

(14)  
DISPUTATIO  
**PHILOSOPHICA**  
**D E C O E L O**

(13)

S. 12

*Quam*

Auxiliante Deo Ter. Opt. Max.

*Ex Decreto Amplissimæ Facultatis Philosophicæ in Illustri  
ac Regia Academia Ubsaliensi*

S U B P RÆS I D I O

*Clariſſimi & Excellentiſſimi Viri*

**M. LAURENTII STIGZELII**  
Logices Profesoris ordinarij præceptoris sui pluri-  
mum colendi.

*Pro consequenda laurea Magisterij publicæ censuræ  
submittit.*

**JONAS BENEDICTI KVSAN-**  
DER NERICIUS.

*Ad Diem Decemb. Anno 1631 in Auditorio majori  
Horis à Septima matutinis.*



UBSALIE,

---

Excudebat ESCHILLUS MATTHIE,





ΣΤΝ ΘΕΩ

## T H E S I S



I.

Bditam cæli naturam commodè ac compendiosè, explicat non solum ejus Definitio, quæ juxta placita philosophorum in duplice est differentia, scilicet, *Nominalis & Realis*, sed & ejus attributa,

2. In Nominali Definitione tria apprimè sunt notanda. 1. Ἐπωολοχία seu nominis Notatio. 2. Ὀμονοία seu varia acceptio. 3. Συναρμόνια seu varia significatio.

3. Ἐπωολοχία quod concernit, alij cælum ducunt à celando, quod omnia tegat, alij à celando seu sculpendo eo quod stellis quasi ornatum ac cælatum est: Alij à concavitate, unde & Veteres latini scripserunt coolum:

4. Ὀμονοία quod spectat (quæ non sublata errorum genetrix semper est habita) tenendum, quod vox cœlia a littera à Theologis, aliter à philosophis usurpari solet.

5. A Theologis sumitur, 1. pro ipso Deo ut videre est LUC: 15; 21. Baptismus Johannis fuitnè è cælo i.e. à Deo aut ex hominibus. 2. Pro cœlesti & spirituali gloria aliqui hoc exponunt de cælo Empyreō, quod Primum sit Elementaris regio, Secundum. ætherea, Tertium illud supremum, ubi aliqui ductum & dictamen rationis frequentes, Deum, tanquam in certo & corporali loco, habitare somniant. Hoc etiam cælum solent Thopistæ per contemptum, cælum ubiquitarium appellare.

6. 3. Pro caliis & beatis mentibus: Job: 15: 15. cali-  
us non sunt mundi in oculis Dei.

7. 4. Pro certitudine seu immota veritate verbi Divi-  
ni Psal. 89. In calis firmasti veritatem &c. facta allu-  
tione ad hoc materiales cælum, quod ea demum firma-  
tum in fint, quæ ibi sunt, cum terrena omnia sint iofirmissima.

8. A Philosophis etiam varie usurpatur vox cæli.

1. Non raro ab Arist: sumi solet pro toto universo. 2. Pro  
ultima sphæra quæ alias ab illis qui orbes ponunt rea-  
les, dici solet primum mobile. 3. Pro toto expanso à  
terra usq; ad ultimum cælum.

9. Ab utriq; communiter accipi solet, pro Elementari  
regione, hoc est aëre. Sic Psal. 8. volucres cæli & nu-  
bescæli, id est in aëre volitantes. Job: 2. dicuntur ejus  
amicis scidisse vestimenta & sparsisse pulverem in cæ-  
lum id est in aërem. Eadem significatione vox hæc  
accipitor, cum dicatur cælum clausum, aereum & serreum,  
pro aëre & tempestatibus parum frugiferis, & præser-  
tim salutari pluvia & rore carentibus. Levit: 26. Deut.  
18. 1. Reg. 8.

10. Hanc vocis acceptiōē prophanis etiam au-  
thoribus non minus esse in usu, apparet, ex Virg: 1. Ge-  
org: ubi hæc verba memoriae prodita reperiuntur: va-  
riū cæli prædicere morē i. e. varias cæli constitutions.  
Item Eclog: 1. dicitur quæreus de cælo tangi, hoc est  
fulmine aëris. Sic & latinus sermo & alij dicunt Nubi-  
lum aut terrenum cælum, falubre cælum, quin & pro-  
pitium.

11. Deniq; Generaliter, pro sola & tota ætherea re-  
gione, stellas omnes tam errantes quam fixas, conti-  
nente: & hæc est propiissima & hujus loci.

12. Συναρμοίā quod attinet, Notandæ breviter ali-  
quot vtricæ cæli appellations.

(14)

13. A Latinis *Aether* dicitur, quod nomen originem  
ducit à Græco ἀερί, non quod igne flagret ἀνέρεις  
quod est ardere. Sed ςπὸς τοῦ Φεύ id est semper currere,  
quod nimicum perpetua circuitione, stellæ in ea cir-  
cumgyrentur. Non immerito igitur male audivit A-  
naxegoras hoc vocabulo abuter s pro igni usurpavit, sta-  
tuitq; cœlum esse ignitum & solem ferrum igni accen-  
sum.

14. A Grecis salutatur hisce nominibus, quod dica-  
tur. 1. ἔργον, idq; vel ab ὄργῳ quod visui sic pervium,  
vel quia (teste Aristotele de mundo) est ὥρα τῶν ἀνωτέ-  
rimus superiorum. 2. οὐμα, quasi οὐλαμπῆς à ful-  
gore.

15. Ab Hebrewis duobus potissimum insignitur Nomi-  
nibus, diciture enim 1. עֹרֶב Expansio, expansum, à ra-  
dice עֹרֶב Extendit, distendit & rem fluidam distenden-  
do continuavit, confirmavit: cœlum enim super terram  
& reliqua elementa expansum est. Hanc vocem septu-  
aginta interpres transtulerunt σερέμα, firmamentū.  
2. עַדְבָּל alijs ab aquis, alijs ab admirations dictum.  
Et tantum de voce seu Nominali Definitions.

16. Illis qnæ ad Nominis explicationem pertinere  
videbantur obiter prælibatis, ad Definitionem (seu po-  
tius descriptionem) recto pede accessum faciamus, quæ  
à varijs variè solet proponi, hanc tamen reliquis omni-  
bus præferendam censemus.

17. Cœlum est corpus naturale simplex, constans, perfi-  
ciuum, tenuissimum, purissimum, in hoc universo amplissimum,  
sphericum, Elementarem mundum proximè ambiens, astrorum  
domicilium.

18. Genus hujus Definitionis desumptum ex lib. 3.  
de cœlo tex: i. cap. i. Est corpus Naturale &c. quo inuni-  
tur

*idem quod localis, sed etiam principis vel quod mundi  
forece fuit videlicet. Auct. i. Mos. c. 2.*

etur cælum, materiam & Formam: & sic motus suiprincipium internum habere.

19. Atributa & proprietates cæli, loco differentiæ propriæ & specificæ, nos latentis (interim Definitum mediocriter explicantes) positas, immediatè post causarum tam externarum quam internarum expositio- nem & enodationem (postulante id bona ac legitima methodo) subiçtere ac annectere animus est.

20. Causam Efficientem cœli nos christiani, oraculis Divinis edocti ac informati, Deum Ter. Opt. Max. con-  
stituimus creatorem & conservatorem omnium rerum,  
qui etiam secundo creationis die nobilissimum aspe-  
ctuq; admirandum hoc corpus ex massa rudi primi di-  
ei, efformavit. Gen: 1.

21. Aristotelis igitur sententiaz impingenti in aper-  
tum Dei verbum subscribero vetat orthodoxa religio,  
qui putavit cælum nec habuisse initium nec habiturum  
finem, sed ex Dei æternitate cælum (tanquam ejus se-  
dem) æternum conclusit lib. I. de cælo cap. 3. tex: 22.  
Misera ac deploranda verba, quid itaq; potest noster  
intellectus in fidei articulis, sibi relictus & extra ductum  
& dictamen Spiritus S. constitutus, ex hujus incom-  
parabilis & nulli secundi philosophi errore, colligere  
obscurum non est.

22. Inficiari non possumus sapè etiam in Scriptu-  
ris cælum dici thronum Dei & terram Scabellū pedum e-  
jus. Sed Not: hoc non fieri ratione Indigentie quasi in-  
digeat cælo ad suam conservationem & habitationem,  
Sed Deus ut in alijs fuit liberrimum agens, ita etièm in  
cæli productione, nulla necessitate coactus vel impul-  
sus, illud creavit, juxta Eph. 1: ubi Deus dicitur omnia  
operari secundum consilium voluntatis suæ Apoc. 6. v.

ult

14

proficiuntur, facies pro ratis in oratione in gen-  
pro ductum supponit distinctivum. **N**e*g*i re p*re*dicam  
actio & transiō est ita simplicitas dicta, p*ro*p*ri*e ista com-  
vit: Tu creasti omnia & d*ia* n*on* g*ener*at*or*s sunt & create polluti q*uod*  
sunt. Quae dicta egregie comprobant, quod nulla in-  
eigentia potuit esse, qua Deus cogeretur ut manum ad d*ix*ij g*ener*is p*ro*-  
creationem applicaret: Sed ratione manifestatio*n*is, quod f*ra*c*tu*s m*at*er  
ibi p*ra*c*tu*p*re* tanquam ex nobilissimo suo op*er*e, suam stant*em* in  
majestatem & Gloriam manifestare voluit. Psal. 19.

22. Hic non immerito queri potest Numen etiam  
creatio Aristoteli perspecta ac cognita fuit? Gentes lu-  
m inenaturae cognovisse Deum tanquam causam Effici-  
entem & conservantem mundi (sic censente Divo Aposto-  
lo Paulo Rom. 1). Gentes inde inexcusabiles pronun-  
ciant, quod ex visibilibus operibus, creatione videli-  
cet mundi, Deum cognoverunt invisibilem, neq*ue*; tamen  
ut Deum coluerint) quis inficias ire non veretur? Sed  
creationem omnium rerum ex nihilo initio temporis  
factam, seu modum productionis, ex quo creatio maxi-  
mē estimatur, statuimus nullum hominem sine ductu  
& dictamine Spiritus S*ancti* indagare posse. Apostolus ad  
Heb. 11. 3. asserit nos fide intelligere perfecta esse h*ec*  
secula, fides vero non est ex rationis acumine, sed Spi-  
ritus S*ancti* in Scripturis loquentis dictamine, pendet: uti  
colligitur ex: Rom: 1.

23. Exposita & pro instituto declarata causa Effi-  
ciente, oper*ar*e pretium nos facturos arbitramur, si pari  
ratione materiam nobilissimam & longe magnificentif-  
simam caelestis machin*ar*ae, indagaverimus. Id vero op-  
timē nos p*ra*stare posse videmur, p*ra*m*itt*endo ea quae  
ad h*u*ujus re*is* faciliorem ac magis distinctam cognitio-  
nem (ne in errorum vel ad minimum obscuritatum p*ra*-  
cipit*ia* abducamur) facere videntur. Partim etiam in-  
digitando falsas opiniones, partim eas in medium addu-  
cen-

tendo & ad trutinam veritatis examinando, ut tandem  
vera sententia prodeat ac emergat.

24. Pro accurationi itaq; cognitione distingvimus  
inter cælum constitutum & constitutum: *constitu-*  
*endo* planè (è sacris litteris docti) materia denegamus  
nam nulla fuit, sed Deus omnipotenti suo verbo illud  
ex nihilo creavit: Gen: i. In principio creavit Deus  
cœlum & terram: creatio vero (ut omnibus tam The-  
ologis quam philosophis sobrie philosophantibus est  
inchoandū in cofesso) sit ex nulla præexistente materia, ab insui-  
ta virtute.

25. Sed Not: quod creatio sit duplex, *Immediata* &  
*mediata*: *Mediata*: hac & non illa creatione cœlum est creatum,  
videlicet, ex nihilo privativo, seu rudi & indigesta mas-  
sa, quæ ex se & sua natura, nullam habuit inclinatio-  
nem vel propensionem ad Effectum, quod ex illa pro-  
ducebatur, sed (ut ita dicā) obedientiariā tantum eamq;  
in ordine tantummodo & Divinum agens.

26. Cœlo vero in actu perfecto constituto mate-  
riam derogare, quis audet? Est enim corpus naturale;  
facere vero corpus naturale sine materia, est facere insomnum  
sine somno, inquente Scal: Exer: 359. Sect. II. seu ut habet  
i. de plant: panem sine farina. Audias porro eundem  
egregiè loquentem, & nostram sententiam suo calculo  
approbantem Exer. 61. Sect. 5. *Ubi quantitas & Figura*  
*est*, *materiam subesse necesse est*, nam quantitas materiam  
proximè, tanquam individuus comes insequitur. Qua-  
propter cum cœlum est quatum, certæ figuræ, mate-  
riam ipsi inesse, omnino fatendum est.

27. Non tamen defuerunt illi qui ausu plusquam  
temerario in totum denegarunt cœlo materiam: Ab  
hac enim opinione alienus non videtur *Zamblicus* in  
lib

(14)

lib. de Myst. Eam quoq; obnixè tueretur Avenroes in lib.  
de subst. orbis cap. 2. & lib. 8. Meth. c. 4. Avenroem  
secutus est Durandus in 2. dist. 12. quæst. 1. Num. 14. Hi  
etiam ad suæ inceptæ sententiaæ aliquam probabilita-  
tem conciliandum, varia solent adducere argumenta,  
non tamen nisi levicula & otiosa ac ad eorum senten-  
tentiam probandam invalida; in quibus piaculom re-  
puto tempus & chartam perdere: Si quæ alicujus mo-  
menti fuerint, ea ad actum disputationis reservare con-  
sultius ducimus.

29. Quidam non denegant cælo materiam, sed qua-  
lis illa sit, inter omnes non convenit.

30. Hæc & Pythagore somnium ac delirium fuit,  
cælum esse igneæ naturæ; sed hæc opinio sine absurdita-  
te nequit defendi: Nam si cælum esset igneæ naturæ  
ut illi contendunt, jam pridem illius incendio inferior  
mundus deflagrasset, cum tanta sit ignis voracitas &  
acrimonia: unde & Herodotus ignem beluam avidissi-  
mam inexplibilemque vocat, quæ quanto plura consumit,  
tanto fæcundius se parit. Adde hac ratione corruptibili-  
lis & Elementaris naturæ cælum fore.

31. Alij cælum esse æreæ complexionis sibi persuasum  
habent: Suamque opinionem munire solent (irrito ta-  
men conatu) argumentis petitis ab ipsa Theologia: Di-  
centes Moses testatur secundo die à Deo fuisse expan-  
sum creatum, seu interstitium dividens aquas superio-  
res ab inferioribus, idque appellatum fuisse cælum. Illud  
autem Expansum non posse esse aliud nisi aëris, quod  
evincere se putant, ex Esdræ lib. 4. c. 6: 4. Tu die secun-  
do creasti aërem expansi, & imperasti ei ut distingveret, di-  
visionemque statueret inter aquas, ut pars earum sursum  
recederet, pars vero deorsum maneret. Respondeo,

Non  
Cœli. 1. v

Falsum esse quod totum expansum, secundo die à Deo  
creatū, nihil fuerit aliud quam aer. Nam *Esdras* in lo-  
co citato distinguit inter aërem & expansum, dum dicit  
Deum secundo die creasse aërem expansum.

32. Alij aquam ponunt, & pro sua sententia obti-  
nenda, solent itidem varia argumenta à Theologia de-  
promta, comportare: ego vero alijs dimissis unum tan-  
tumodo quod præcipuum illis videtur adducam, idq;  
ex Gen. i. ubi inquit Moses quod Deus distinxit aquas  
ab aquis, fecitq; firmamentum in medio aquarum:  
~~maris in~~ Hinc concludunt ex aquis cælum esse efformatum.  
~~coniunctione~~ Quod nisi intelligant de cæli materia remota & aquis  
~~& spiritu~~ analoga, probabilem non sovent sententiam.  
~~maris ab aq; s~~ 33. Thales cælestia corpora terrestria constituit, ea-  
iat ~~s; p; p; y; d;~~ demq; fabricavit ex terra *Anaximenes*, nec tamen cade-  
~~Utrata~~ re propter rapidissimam vertiginem, qua circumvol-  
vit, statuunt. Sed hæc ut paucos patronos habet,  
ita recto nequaquam statuunt.

34. Hisce opinionibus à veritatis scopo longius re-  
cedentibus, constituentibus, scilicet, cælum corpus  
quoddam mixtum, quod tamen omnibus sanioribus &  
melioris nota philosophis, est corpus Simplex & ~~āmūtō~~,  
ad stipulacionem possumus, sed cum præstantissimis phi-  
losophis & cum ipso Arist: quatvor Elementa statuen-  
tibus, nempè ignem, aërem, aquam & terram, dici-  
mus cælum esse quintam Essentiam, id est neq; est ignea,  
neq; aërea &c. essentia, sed esse quintæ Essentia ab E-  
lementorum quatvor Essentijs, diversæ, unde in pro-  
verbium ferè abivit, *Quinta Essentia peripateticorum*.

35. Pro uberiori confirmatione has insuper addi-  
*in tollitis Cognoscere*  
*Elementa* missiones. 1. Si Deus in prima creatione creavit  
cælum & terram, id est rudem & indigestam massam  
cœli

14

cœli & terræ, sequitur Deum non produxisse cœlum ex Elementis. At verum est Antecedens, ut constat ex Gen. i. v. i. Ergo consequens. 2. Si cœlum esset Elementaris naturæ tenderet sursum vel deorsum, similiter si esset corpus mixtum, quandoquidem deberet agitari motu Elementi prædominantis, sed neutrum sit: quare irrefragabiliter concludimus, cœlum esse ab Elementorum naturis alienum. 3. Cœlum reliquis Elementis occupat locum superiorem, quod non faceret si esset Elementum vel ex his conflatum.

36. Posito jam quod cœlum non est Elementaris naturæ, nova exoritur controversia, priori non inferior, diu multumq; in scholis philosophorum ventilata atq; exagitata, neq; adhuc satis decisa: Num, videlicet, *Materia cœli sit eadem cum materia inferiorum* (puta prima) circa hanc questionem explicandam in varias abcunt philosophi, sententias.

37. Pro *Negativo* quidam tamquam pro aris & focis acriter pugnat: Putantes indecorum esse in bene constituta civitate, ut idem sit principis & cordonis vehiculum: quomodo possibile sit ut eadem sit materia corporis nobilissimi, cœli, & scarabæi abjectissimi, mente assequi non posse perhibent. Horum sententiam vide sufficienter refutatam apud *Scal.* Exer. 61. Hujus sententiæ tutores ac fidelissimi defensores sunt *D. Thomas* i. p. q. 66. Art. 2. *Cepreolus*. q. 1. art. 1. *Hervetus* tract. de Nat. cœli.

38. *Affirmativa* neq; illa suis destituitur patronis ut sunt prisci philosophi *Trismegistus*, *Empedocles* &c. In eandem postea iyerunt *Avincenna* lib. 1. c. 3. *D. Bonaventura* lib. 2. d. 12. q. 1. *Egidius* in 2. d. 14. *Senertus* lib. 2. c. 2. de cœlo. *Bartholinus* in sua phys. de cœlo. *D. Jacobus*

Martini in p̄aelect. phys. Conimb. lib. 2. phys. cap. 2. E-  
amq; probat Scal. Excer. 61. Sect. 1. hoc argumento:  
Entia præter necessitatem non sunt multiplicanda, si  
quidem jam nulla datur evidens & suadens ratio, quare  
cœlo aliam ab horum inferiorum materia, ascribamus,  
Ergo neq; in cœsum natura novum Ens temerè intro-  
ducendum.

39. Deinde oppugnatoribus hujus sententiae hoc  
opponimus argumentum solvendum. Omne corpus na-  
turale est materialium, cœlum est corpus naturale, Ergo materia-  
tum: Si est materialium, consilbit vel ex materia prima vel se-  
cunda, tertium non datur, At non ex materia secunda cum sit cor-  
pus simplex, Ergo à prima, sed plura uno, prima, in eodem gene-  
re sine cogentibus argumentis esse constituenda, negabit ille qui  
saltē à lumine Philosophorum salutavit scripta; sequitur proin-  
de eandem esse materialium cœlum & horum sublunariorum quod fuit  
demonstrandum.

40. Materialiam in cœlo dari & quidem eandem spe-  
cie cum materia inferiorum probatum est, eam vero  
solam subsistere, nobilissimasq; eas operations que à  
cœlo proveniunt edere (cum sit ex recepta sententia  
physicorum principium passivum) nemo qui vel primo  
ribus labbris philosophiam degustavit, affirmabit. Nam  
actio est actus agentis & quidem secundus, ille autem  
non nisi ab actu primo seu Forma oritur: qualis ea sit in-  
ter doctos controvertitur.

41. Recentiores pleriq; omnes, cœlum habere For-  
mam informantem una nobilem concludunt: Idq; pro-  
bant 1. Cœlum est corpus actu existens, hoc aliquid,  
quod acceptum ferendum forma. 2. Accidenzia ejus sunt  
determinata, talis autem determinatio provenit à For-  
ma, secundum Averocom in lib. de subst: orbis. 3. In  
cœlo

(14)

cœlo dantur actiones internæ, quæ non nisi à forma interna ortum dueunt.

42. Valeant proinde Arist: & Averröes falso ponentes Intelligentiam Formam cœli. Nam 1. Nuspiam habet scriptura angelorum usum in movendis orbibus, sed pro officijs hominum. 2. Si cœlum carceret forma informante non esset Ens actu, sed pura potentia, quod absurdo absurdius, vanum ergo & profanum est cœlo Formam assistentem affingere.

43. An Forma hæc informans sit *Anima* nec nè disquisitione indiget. Cælum esse animatum antiqua fuit Pythagoricorum & Platonicorum sententia: ut videre est apud Conimb: lib. 2. de cœlo c. 1. q. 2. Sed rectè disputant contra illos ibidem Conimb. ut & Senectus I. 2. phys. cap. 2. Contrariamq; sententiam una nobiscum ambo-bns (quod dici solet) amplectuntur ulnis, idq; non sine urgente causa & manifesta ratione. Siquidem. 1. Nullæ in eo *actiones*, quæ ab anima proficiunt solent: conspicuntur. 2. Nulla quæ animæ debentur habet *organæ*. 3. Tres tantum dantur animæ gradus. Vegetans, sentiens, & Rationalis, & si animatum est alterutrum horum habeat necesse est: Sed Neutrum habet. Primo, Non Animam vegetativam, nam 1. Non Nutritur, cum alimento non iotra se recipit, nec digerit, neq; in suam substantiam assimulando convertit, quia nihil in cœlo corruptitur, aut contrarijs qualitatibus dissolvitur, quod nutritione instaurandum sit. Neq; 2. Augmentatur: Augmentatio presupponit nutritionem, hæc denegatur cœlo, Ergo & illa. Neq; 3. Generat sibi simile in specie. Secundò Neq; Animā Sentientem, ubi organa sensus ubi oculi? ubi aures? ubi narres? &c. quis finis? Nullus, At Deus & Natura nihil

B 3 faci-

faciunt frustra. Arist. lib. I. de cœlo cap. 4. Tertio Neq; Animam Ratioualem: ubi intellectus? ubi voluntas? Certò itaq; concludimus cælum non esse animatum. Sa-  
cis itaq; est cælo Formam tribuere (formis Elemento-  
rum nobiliorem) cuius beneficio cælum est id quod est,  
sed qualis sit, nullus hominum in hac rerum imbecilli-  
tate (nisi à posteriori, ex accidentibus & Effectis pro-  
prijs) exponere potis est.

44. Hæcce de principijs intrinsecis *Materia*, scili-  
cet & *Forma* (quibus si destitueretur iusta, causa ob quā  
corpus naturale dicendum esset inveniri vix possit) di-  
cta sufficiant, reliquum est ut levibrachio etiam de fine  
agamus ejusdem.

45. *Finis* est duplex *primarius* & *secundarius*. Ille  
est *Gloria Dei*, conditum enim est cælum, ut per il-  
lud bonitas sapientia & omnipotentia Dei innotesce-  
ret, & creaturæ quarū princeps est homo, incitarentur  
ad agnoscendum & colendum creatorem. Proverb. 16.  
v. 4. *Universa* propter seipsum operatus est Dominus.  
*Secundarius* est usus & utilitas hominum &c. quod No-  
tandum contra *Perierium* qui ad tuendam dignitatem  
cœli supra hominem, solum omnia subcœlestia esse fa-  
cta propter hominem, non autem cœlum ipsum lib. 2.  
de phil. Nat. c. 6. In oppositum *Scal.* Exer. 250. Sect. I.  
probat etiam cœlum esse factum propter hominem, ex  
operationibus cœli. Et *Selnecc.* supra citatum locum i-  
dem deducit ex ordine creationis, quod homo ultimo  
conditus sit, tanquam Dominus, propter quem omnia  
sint condita. Et tantum de causis.

46. Siquidem *attributa* & *affectiones* non parum vi-  
dentur facere ad cœli uberiorem (videlicet à poste-  
riori) cognitionem, ideo eas (promissi memores) im-  
medi-

(14)

mediate post causarum expositionem, annexiere animus est.

47. *Affectionum cælo competentium est. I. Simplicitas.* Non quidem à τάξις hoc modo solus & Triunus Deus est simplex: Sed καλόν quod non respuit omnem simpliciter compositionem, non enim excluditur illa combinatio quæ est inter materiam & Formam, sicut probatū est in Thesibus superioribus. Sed certam compositionis speciem, videlicet eam quæ est vel ex omnibus quatvor Elementis, vel ex quibusdam, ipsi denegamus. Simplex deinde non inconcinnè dicitur in collatione ad ipsa Elementa, quæ tametsi in suo genere sunt simplicia, hæc tamen sua puritate cœlum vincit ac excedit.

48. 2. *Constantia & incorruptibilitas* de qua certas obcaulas ad calcem disputationis agamus.

49. 3. *Tenuitas*: cœlum non esse corpus durum ac solidum, in quo stellæ inhærent, sed corpus instar aëris fluidum, substantiæ subtilissimæ & tenuissimæ, in quo stellæ suos motus peragunt Optici & Astronomi demonstrant, neq; contrarium sine notabili suarum observationum detimento asserere possunt.

50. Optici tenuitatem cœli ostendunt ex refractionibus quarum duas si cœlum esset impervium dari oportet: unam propter vapores circa terram ascendentess, alteram propter cœli solidum corpus (Nam certissimum est tot fieri refractiones radiorum, quo<sup>t</sup> media seu dia phana diversa sunt inter rem visam, & oculum videntis) Et sic stellæ nunquam apparerent in loco proprio, sed vel *Propiores*, si res visa constituta fuerint in medio densiori, oculus in tenuiori: vel *Remotiores*: Si res visa in tenuiori, oculus vero in densiori, constitutus fuerit.

*Vitello lib. 10. p. 1. l. 3. persp; com: prop: 5. 6. 7. 8. & 9.* Atq;  
hac ratione in sumū abirent observationes Astronomo-  
rum, perhibentes propter impuritatem aëris infimi,  
varijs circumterraneis exhalationibus oppleti, unam  
tantum sensibilem & notatu dignam refractionem ap-  
parere.

§1. *Astronomi recentiores* evidenter idem com-  
probant: *Primo Motu Planetarum* qui nunc terræ sunt  
proprios, nunc ab eadem remotiores, quod doctrina  
parallaxium docet, id quod sine penetratione dimen-  
sionum (à qua natura abhorret) si cœlum solidum es-  
set corpus, fieri quis affirmabit? *Secundò Motu cometarum* idem non obscurè demonstrant, quorum quosdam  
præstantissimi Mathemateci in cœli regione supra  
constitutos fuisse, ac proprio motu à motibus reliquo-  
rum astrorum distincto, gayisos fuisse, accuratissimè ob-  
servarunt. Hos igitur (sive cometas sive novas stellas,)  
cœli si qua esset durities respueret. *Dicūs* planetas hos in-  
fixos fuisse orbi aliqui fixarum vel erraticarum, vel con-  
creatum cuivis novæ stellæ novum orbem. *Prius* absurdum,  
tum enim semper in eadem fuissent distantia cum  
planeta in cuius ciebantur orbe, contra quam experi-  
entia docuit. *Posteriorius* incredibile, Nam 1. Nimirum  
augeretur orbium numerus, propter numerum come-  
tarum præteriorum & futurorum. 2. Otiolus ac fru-  
straneus orbis ille esset evanescere cometa: quæ o-  
mnia asserere, imperitum est.

§2. Pro tenuitate cœli pugnat quoq; ipsa *Scriptura*,  
utens ejusmodi verbis, quibus raritas ac tenuitas cœli  
adstruitur. *Gen. 1.* dicitur cœlum שׁמֶן quo Rabini  
& Hebreis *Tenui* significat à radice פָּנַן extenuare,  
tenue reddere, videatur *Lexicon Buxtorfi*:

(14)

53. Proinde sic argumentamur: Quodcumq; Optici & Astronomi præstantissimi demonstrant, imo ipsa Theologia asserit, id est acceptandum & temere non reiiciendum: At cælum esse tenue, optici & Astronomi demonstrant, Theologia etiam asserit. Ergo &c: Faceant proinde illi qui dicunt cœlū esse solidū & firmū idq; probare conantes ē Job. 37, 18. Gen: 1. vbi juxta interpretationem 70. interpretum appellatur ~~separata~~ id est firmamentum: At nihil proficiunt hoc cœlo plumbeo. Nam Solidum non dicitur quod sit crassum & astris impervium, sed partim quia tria dimensiones constat, partim quia totum sui plenum, inquiete Scatigero. Similiter Firmamentum, non quod durum est in star ferri vel chalybis, sed firmam habet durationem & consistentiam.

54. 4. Motus: Motum pleriq; Physici & Astronomi cælo denegant, non quidem simpliciter, licet enim secundum totum nuquam moveatur localiter, tamen secundum Partes moveri concedunt, quatenus cedit corporibus spissioribus id transeuntibus, & rursum post eorum transitum in se ipsum reddit. Cœlum ineptum esse ad motum localem probat Timplerus parte altera phys. pag. mihi 45, Duabus rationibus. 1. Nullum corpus tenuissimum & subtilissimum movetur rapidissimo motu præcipue tam concitato ut secundum suppositionem Bartholini, orbis octavus & secundum quosdam nonus, una hora 3153333. millaria Germanica absolvat, tantum motum & tam velocissimum quomodo confidere possit, corpus tam grande, nisi in instanti fiat motus partium, mente complecti non valeo. 2. Illud dogma de motu cœli neq; ex sacris litteris, sed potius contrarium comprobari potest, ubi astris mo-

ter mihi  
continet  
nihil est  
ea tria

tus, ortus, oecus, statio, retrogressio, circuio. tribuitur Ioh: 10. 13. Ezech: 1. 5.

55. His positis non erit difficile questionem illam solvere de qua disceptari solet inter Astronomos, an cœlum sit unum corpus continuum vel in plures orbes seu sphaeras distinctum? Vulgata & communis est sententia quorundam Philosophorum tam veterum, quam recentiorum, quæ etiam in quorundam animis tam altis egie radices, ut eradicari, ac evelli vix autem difficulter queat; cœlum realiter certis orbium machinis & iuste contiguis esse contextum, non secus ac cepa constat ex variis orbiculis. Idq; coantur demonstrare ex multiplici & vario, qui conspicitur in cœlo motu: Nam corpori simplici unicus tantum competit motus, Arist. lib. 1. de cœlo c. 2. tex: 7. Proinde si cœlum esset corpus continuum nullis orbibus divisum unicus tantum esset motus: & per consequens stellæ omnes moverentur æquali motu, nulli darentur congressus planetarum, nullæ eclipses, &c. At falsum est, inquiunt, consequens. Ergo & Antecedens.

56. Verum recentiores melioris nota Astronomi, ex stellarum varijs motibus, pluralitatem orbium colligi posse, constanter negant, Atq; istum multiplicem motum, non à numero orbium provenire, sed stellis adscribendum etiam atq; etiam contendunt: quod etiam veritatem agis consonum didetur. Nam Deus est compendij author, & quam brevissimis potest, operatur lignis. Ergo incredibile est, ob unius alicujus stellæ circumgyrationem, tam vastam molem à Deo esse creatam. Deinde nec videmus aliquod inconveniens sequi ex negatione orbium, ex positione vero perplurima sequuntur absurdia, propter diversa media diaphana, lucidi-

(14)

ciditate & raritate plurimum discrepantia, per quæ ra-  
dij stellarum transeant. Vid. Thesin 50. Quod vero A-  
stronomi ingeniosi excogitarunt orbes, factum est ad  
motum stellarum declarandum. Assumi proinde tam-  
quam reales non possunt, nisi quis ex hypothesibus the-  
ses absurdè facere voluerit.

57. 5. *Figura*: Figuram cælo circularem, sphæricam  
seu rotundam attribuimus, quantumvis alij, aliam ei  
percommode aptari posse contendent. Idq; proba-  
bimus. Primo scripturæ dictis Eccles. 24. ubi Divina sa-  
pientia ait γύρῳ cæli percurri, seu ut in Græca versio-  
ne habetur ἡγένετο i. e. rotundavi. Parallelus est lo-  
cus, Proverb. 8. ubi eadem sapientia assentit se γύρῳ h. e.  
cælo rotunda valasse abyssos, seu ut Hebraicus textus"  
sonat, se descripsisse citulum super faciem abyssi. De-  
inde Philosophicis rationibus. 1. Corpori maximo, ca-  
pacissimo atq; perfectissimo, maxima, capa cissima  
ac perfectissima debetur figura, qualis est sphærica, est  
enim illa inter solidas ex omnibus Isoperimetris capa-  
cissima; sed cælum est maximum quippe cælum est cor-  
pus supremum & non solum reliqua corpora omnia suo  
ambitu includit, sed etiam domicilium est Astrorum,,  
quæ maximæ sunt quantitatis: ideo dicit Arist. lib. 1.  
de cælo c. 9. cælum propterea esse corpus omnium ma-  
ximum, quia in se reliqua omnia continet. Ergo est  
Sphæricum. 2. Si cælum est planum, aliqua pars cæli  
esset nobis propinquior altera, illa videlicet quæ est su-  
pra caput nostrum: & quæ nobis propinquiora, sub  
majori angulo conspicuntur, & quæ conspicuntur ma-  
jori angulo, majora videntur: O itaq; vel stella existens  
in medio cæli, maior deberet videri quam in ortu vel  
occasu: experientia vero contrarium docet, nempeo

nnes cæli partes in ipsa revolutione æ qualiter à centro  
terræ distare: Infallibiliter proinde concludimus cæ-  
lum esse rotundum non planum, idq; à proprietate cir-  
coli, cuius omnes lineæ à centro ad circumferentiam  
ductæ sunt æ quales. Ram. 17. Elem. lib. 4. Geometriæ.  
Nec obstat tamen si sol interdum circa ortum vel occa-  
sum videtur major quam in medio cælo constitutus, sic  
enim hoc (secundum Joh. Bapt. port. lib. 1. de refractione  
p. 12.) per accidens propter vapores ascendentes, qui  
inter oculum nostrum & solem interpositi refrangunt  
radios nostros visuales, ita ut non compræhendat rem,  
in naturali & vera quantitate quod etiam Optici dena-  
rio projectio in fundum limpidæ aquæ, ad oculum de-  
monstrare solent. Totam rem exemplo familiari de-  
clarat Scal. Exer. 83. Sect. 2. inquiens, sicuti diffunditur  
aqua solidi corporis objectione, species exiens atq; in actu edu-  
cia per lucem, ubi in aëre tenui nibil occurrit: equalis sibi pro-  
dit ubi quid se ponit crassius, quasi retunditur, atq; propterea  
dilatatur, veluti in aqua, à ejus deinde superficie, pingitur aës  
eadem qua se in eam intulit quantitate.

58. Ultimò de Cæli constantia & à corruptione im-  
munitate hæc tenenda: Cœlum ab extra vel externo  
principio videlicet Deo à quo dependet in esse & con-  
servari corruptem iri, unanimi consensu indubitatis  
possit. Ergo verbi Divini testimonij moti, Theologi concludunt.  
utia. f. f. De modo vero corruptionis discrepant ac variant: qui-  
am certe certius sibi persiculum habent, cælum in ex-  
clus, num dñe. Nam certo certius sibi persiculum habent, cælum in ex-  
tremo judico, non quoad substantiam interitum, sed  
tantum secundum qualitates renovatum iri, non secus  
ac in diluvio factum est. Et hanc suam sententiam ra-  
tionibus parum firmis innixam, tamquam certissimam,  
obtrudere nobis (ritto tamen conatu) allaborant. Io-  
neim

(14)

ficiari non possumus multa dicta in Scripturis alteratio-  
nem præ se ferentia occurrere, sed hæc sunt conferen-  
da cum alijs clarioribus, quæ totalem interitum varijs  
modis describunt.

59. Sed ut ut hæc sententia præ se ferre videtur pro-  
babilitatem, melius tamen doctissimorum palato con-  
traria sapit sententia, quam etiam multis potuisse probare rationib[us], nisi id pagellæ angustia prohiberet  
& in actum disputationis reservare mandaret. Ita ta-  
men posteriorem hanc sententiam probo ut priorem  
non prorsus condēnam, nec de re diffici & non satis  
certa ac scitu necessaria, morosè cum qnopiam con-  
tendere velim.

60. An vero cœlum ab intrinseco principio & sua-  
ptè naturâ ad corruptionem propendeat, imo an cor-  
ruptioni (saltē quoad partes) actu sit abnoxium, ma-  
gis ad rem præsentem philosophicamq[ue]; consideratio-  
nem accommodata est quæstio. Non desunt sanè è  
recentiorum turba, eruditissimi philosophi & Astro-  
nomi, qui affirmativam constanter & sodulò probant ac  
defendunt, adductis præter aliquam multas alias, ex  
observationibus Astronomicis & coelestium cometa-  
rum novarumq[ue]; stellarum generationibus, conjecturis  
& rationibus varijs & solitu perquam difficilibus.

61. Econtra vero pervetus & in lycæ om̄itorum se-  
culorum decursu decantata, atq[ue] ab omnib[us] ferè ve-  
cerum, tūm recentium philosophorum unanimi calcu-  
lo approbata ac recepta & fixa est sententia, cœlum  
non tantum à corruptionibus & transmutationibus  
substantialibus liberum esse, verum etiam neq[ue] naturam  
habere ad corruptiones subaundas propendentem.  
*Hinc* sua natura cœlum incorruptibile esse corpus, in  
veriveib[us] apud hos ferè abiit.

62. In

62. Inde autem sententiam imprimis confirmant quod nondum infallibiliter rationibusq; indubitate ab ullo deprehendi stabiliriq; potuerint verae ac naturales in cœlo generationes atq; corruptiones substantiales, sed potius ipsa constare experientia plurimorum seculorum observationibus roboret singularem & admirandam esse ecclesiæ ac ecclestium corporum constantiam atq; in pristinò statu permanescionem.

63. Ergo, et si in re obscurissima atq; difficilima, quā non dum video à tot sapientissimis atq; præstans tissimis cum Theologis, tūm Philosophis constanter ac firmiter decisam & explicatam, sed adhuc in dubio relictam, aliorum potius audire eruditorum judicia & informationes desiderem quam certi aliquid hic definitio nre! Tamen rationibus probabilibus nixus modestè sum agnitus hac vice posteriorem & communem defendere sententiam volo, existimans in cœlo non dari potentiam ad corruptiones merè naturales proximam, quiequid sit de remota. Hæc de materiali cœlo dicta pro instituto sufficient. Hujus conditorem & conservatorem supplices rogamus quod clementer nobis hisce turbulentissimis temporibus gratioſa sua præsentia adesse, & tandem ex hac misericordia valle in celestem ac aeternam patriam, nobis per meritum Christi ab aeternoparatam, ducere velit, cui cum Patre & Spiritu Sancto sic honor & gloria in secula nunquam terminanda.

A M E N.

Ad

(14)

Ad Venerabilem & Præstantissimum Virum,  
Dn. JONAM BENEDICTI,  
Nericiensem Philosophiæ Candidatum, sympa-  
triotam & amicum singularem, publicè,  
pro Magisterij gradu consequen-  
do, de cœlo disputan-  
tem.

**I**n genij præstantis vir, JONA BENEDICTI.  
Nericij nostri portio grata soli:  
Dum ruis in doctam, disceptaturus, arenam,  
De cœlo, cœli portio certa sacri:  
Emicat inde tua vis indolis ardua, nec nor  
Artis, Vir docte, das documenta tua.  
Egregiam laudem, valde & memorabile nomen,  
Jona docte, paras hac ratione tibi.  
Perge ita, namq[ue] tibi simulac venerabilis ipsa.  
Prona sit in laudes Theologia tuas.  
Nericianorum, faxit cœli arbiter illud,  
Praclarorum sic copia semper erit.

Amoris & benevoli: causâ flante  
pede, facieb.

LAURENTIUS WALLIUS  
Nericiensis.

Qua-

A L I U D.

Qualis in excelso radiat sol vectus Olympo  
Inter & illustres candida luna faces,  
Talis honoratos inter mi Jona Magistros  
Egregium spargis lucis honore jubar:  
Dum cœli quæ sit natura axisq; supremi  
Concinnis Thesibus differis ipse tuis,  
Perge Medusæo tua labra lavare liquore  
Mox teget aureolos pulcra corolla comas.

Honoris & Favoris ergo reliquit

JOHANNES CHESNEGOPHERUS  
Med: Doctor & p.p.

